

Utinàm aliquis examinaret accuratè hæc insecta, et ad genera ea referret!

Schiera est primus author, qui in Italiâ ausus est *Systema sexuale* defendere; licet non sit doctissimus, attamen tentavit pulchrè *.

Si *Hallmannus* ad vos accessit, cures ut delineet plantas rariores Floræ vestræ, ut poteris nonnullas figuras inserere, sed præstantiores Magnolianis, præsertim plantarum Monspelio propriarum, uti *Caryophyllus saxatilis*, *Erica foliis umbellatis*, *Corymbus C. B.*, et aliæ non paucæ.

Observationes tuæ de *Electrisatione* pulcherrimæ sunt, et lectæ fuère in Societate, omnium adplausu et approbatione et admiratione. Te laudant qui aliquoties ad nos mittis observationes, dùm alii multi nunquàm.

marinâ noctu lucentes, vel potiùs scintillantes nunquàm observavi. Proposita ab authore figura indicat hos esse minutissimas Scolopendras, s. Nereides, à te nominatas, quas iterùm recognovit et microscopiû ope accuratiùs delineavit Griselini, alter Itabus. Ab illis animalculis lumen per æquora sparsum et latè diffusum, proficisci dixerunt nonnulli phisici, et ab aliâ causâ oriri, nuperrimis observ. et experim. demonstravit juvenis medicus Le Roy, Paris., scilicet à materiâ quâdam Phosporinâ, aquis immixtâ marinis..... Curiosam hæc de re coram Academiâ Regiâ Scient. legi dissertationem. » (Act. præc., p. 211-216.)

* Dissertationes duæ Mediol., 1750, 8°, quarum altera de *Sexu Plantarum*, altera de *Plantarum affectione ad perpendicularum*.